



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1865**

II. Die Markgrafen Otto und Otto schenken der Parochialkirche zu Köln  
eine jährliche Hebung von 2 Wispel Roggen aus der Kölnischen Mühle, am  
2. Januar 1285.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

# Berlin und die Umgegend betreffende Urkunden,

größten Theils von dem Stadtarchive Berlin's, Herrn Fidicin, mitgetheilt.

I. Bischof Rudolf von Halberstadt erläßt Allen, welche zur Erquickung der Kranken im Georgen-Hospitale zu Berlin beitragen, 60 tägige Pönitenz, am 14. August 1278.

Ludolphus, Dei gracia quondam Episcopus Halberstadiensis, Vniverfis Christi fidelibus hanc literam inspecturis salutem in Domino: vniverfitati nos volumus esse notum, quod nos omnibus vere penitentibus, confessis et pure contritis, qui domo infirmorum Beati Georgii in Berlin ad refectorem infirmorum manum porrexerint adjutricem, aut in quo etiam auxilium impenderit et favorem, LX. Dies de injuncta sibi penitentia, si Dominus Diocesanus id duxerit admitendum, misericorditer relaxamus. Datum Brandenburg, Anno Domini MCCLXXVIII in Vigilia Assumptionis B. Marie Virginis.

Schmidts Berl. Denkwürdigkeiten Dec. I, 43. Kistler, Altes und Neues Berlin II, 685.

II. Die Markgrafen Otto und Otto schenken der Parochialkirche zu Köln eine jährliche Hebung von 2 Wispel Roggen aus der kölnischen Mühle, am 2. Januar 1285.

In Nomine Sancte et individue Trinitatis Amen. Nos Otto et Otto, Dei Gratia Marchiones Brandenburgenses — presentis scripti tenore ad publicam cupimus peruenire notorietatem, quod nos ob salutem et remedium animarum nostrarum et in remissionem peccatorum, ad cultum dominicum ampliandum, duos choros filiginis, qui nomine census, de molendino proximo apud Coloniam sito, annue exsolvuntur, cum omni jure et proprietate, quam in eis hactenus habuimus, vel habere

potuimus in eisdem, ecclesie Parochiali in Colne libere et voluntarie damus, nihil nobis aut nostris heredibus juris in eis obtinendo, dotantes pretactos duos choros filiginis ad eandem ecclesiam perpetuis temporibus possidendos; Ita tamen, quod plebanus vel prepositus, qui pro tempore eandem rexerit ecclesiam et predictam filiginem jure Parochiali possidere debuerit, singulis diebus anni cujuslibet, ad unam missam in summa mane sive diluculo dicendam, per predictorum duorum chororum filiginis perceptionem, ex nunc perenniter sit adstrictus, super qua dicenda presens plebanus dominus Joannes, Prepositus in Berlin, dilectus noster Capellanus, se astrinxit et predictos duos choros filiginis etiam a suis successoribus percipiendos, pro eadem acceptavit. — Ut autem predicta nostra donatio firmitatem debitam obtineat et a nostris heredibus inviolabilis perseveret, necnon ut plebanus, cui predictam ecclesiam regere pro tempore contingat, ad prefatam missam dicendam et decenter observandam suis temporibus jugiter sit adstrictus, presens scriptum in evidens et lucens testimonium confici et sigillis nostris appendentibus iussimus communiri, presentibus testibus infra nominatis, Venerabili patre nostro in Christo, Domino Geuehardo, Episcopo Brandenburgensi, et Domino Waltero de Barboy, Ruthenigo, Nicolao de Caulestorp, Advocato nostro in Spandow, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et Datum Berlin, Anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, quarto Nonas Januarii.

Gedr. in Reinbeck's Brennenber Petrithurm S. 25 und Kistler a. a. D. IV, 495.

I. Rückel wurde von Kaiserlichem Erbkammerer in Berlin am 14. Januar 1787.

III. Elf Kardinäle verschreiben den Parochialkirchen in Berlin einen Ablass, am 4. Januar 1292.

Anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, tempore Nicolai Pape quinti, undecim Episcopi quilibet eorum dedit ad Ecclesiam St. Nicolai et St. Marie virginis, in festis natiuitatis, Resurrectionis et Ascensionis domini nostri Jesu Christi atque Pentecostes, in quatuor festiuitatibus gloriosissime virginis Marie, in diebus Patronorum et dedicacionis Ecclesie, sancti Michaelis, Beatorum Johannis Baptiste et Johannis Evangeliste, Beatorum Petri et Pauli Apostolorum, Beati Laurentii Martyris, Beatorum Martini et Nicolai Confessorum, Beati Catharine virginis, omnium Sanctorum et in commemoratione animarum, quadraginta dies indulgentiarum etc.

Mitgetheilt bei Kistler II, 220.

II. Die Bischöfe von Köln und Trier schreiben den Parochialkirchen in Berlin einen Ablass, am 2. Januar 1287.

Die Bischöfe von Köln und Trier schreiben den Parochialkirchen in Berlin einen Ablass, am 2. Januar 1287.